



**Epreuve du 1<sup>er</sup> groupe**

**L A T I N**

**VERSION** : Un subordonné doit-il interpréter les ordres reçus ?

Cum P. Crassus Matianus in consulatu obtineret Asiam provinciam, et circumsedere oppugnareque Leucas pararet, opusque esset firma atque procera trabe qua arietem faceret quo muros ejus oppidi quateret, scripsit ad quemdam architectum Mylasensium ut ex malis duobus, quos apud eos vidisset, majorem mittendum curaret. Tum architectus, comperto quamobrem malum desideraret, non, uti jussus erat, majorem, sed quem esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti facilioremque portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari jussit, et cum interrogasset cur non quem jusserat misset, causis rationibusque quas dictitabat spretis, vestimenta detrahi imperavit, virgisque multum eum cecidit.

AULU – GELLE.

**THEME**

Le général a ordonné à l'architecte de lui envoyer le plus grand des deux mâts.